



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Concl. VII. Quælibet conditio pro futuro, seriò adjecta, suspendit valorem, & invalidat Matrimonium, si non ponatur tempore assignato. Conditio de præsentis & præterito, vel statim vitiat, vel ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73432)

monii, etiam in foro conscientiae, quando Ecclesia sic iudicat. Quia quod iudex, innitens praesumptioni, iudicat in foro externo, est servandum in interno, quando in eo oppositum non constat; siquidem praesumptio juris est, verisimilitudo quaedam, sufficiens ad rem dubiam credendam; vel est, probabilis conjectura, ex certo signo proveniens, quae, alio non adducto, pro veritate habetur, donec adversarius oppositum prober, in quem id probandi onus transfertur; arg. l. ult. ff. Quod metus causa, in principio, ibi: Sed huiusmodi praesumptioni debet apertissimas probationes violentiae opponere. Ubi Gloss. verb. Praesumptioni: Nota, inquit, stari praesumptioni, donec contra probetur. Et verb. Apertissimas probationes, sic ait: Nam generaliter onus probandi transfertur in eum, contra quem praesumptio incumbit. Generaliter, §. Si petitur, inf. de Fidei commissar. libert. in fine; sed cum ex praesumptione libertas praesita esse videtur, haereditas est contrariam voluntatem testatoris probare.

Præterea in dubio in utroque foro iudicandum est pro Matrimonio; arg. cap. Ex litteris, de Probationibus, ibi: Quod si amborum pariter testes sint æque idonei, possessoris testes praesententur: cum promptiora sint iura ad absoluti veniam, quam ad condemnandum, præterquam in liberali causa. Ubi Gloss. verb. In liberali, inquit; Et in querela inofficiosi testamenti, ff. de Inoffic. testam. Si pars iudicantium. Et in causa Matrimoniali, 23 q. 2. Si quis acceperit. Et in dote. Unde versus: Stat testamentum, libertas, conjugium, dos. Si sunt æquales, qui producuntur utrimque. Et istos quatuor casus habes infra de Sentent. & re iudicata, cap. ult. sequentis tenoris: Duobus iudicibus, ut accepimus diversas sententias profertibus, si ex iurisdictione ordinaria processerint, tenet pro reo, non pro auctore sententiae, nisi in causa favorabili, puta, Matrimonio, libertate, dote, seu testamento, pro ipso fuerit promulgata.

Hæc autem intelligenda esse, etiam in foro conscientiae (quod negat Henriquez l. 1. r. de Matr. c. 11. n. 5. & c. 13. n. 4. in fine) probat Sanchez lib. 1. disp. 18. n. 6. quia inter utrumque forum non est discrimen quoad Matrimonii vinculum, id enim, quod in foro conscientiae non est Matrimonium, non est etiam in foro externo, & è contra: Ecclesia enim non potest facere, ut sit Matrimonium, quod invalidum est; sed tantum in cognoscendi modo versatur differentia; nam in foro interno statur confessioni propriae, in externo autem allegatis & probatis; cum ergo constet omnino veritate dubii valoris Matrimonii, & non ex falsa praesumptione, iudex in foro externo iudicare debeat esse Matrimonium, idem in foro interno sentendum est. Et confirmatur; quia uterque

forum idem iudicat, ubi externus non innititur falsæ praesumptioni.

Nec obstat simile de voto; in dubio non obligante (quo utitur Henriquez) quia id est verum in voto simplici, ubi nulla est traditio, & sic non est possessio ex parte alterius, quæ prævaleat, qualis est in Matrimonio. Hæc ille.

Sed enim, dicit aliquis, videtur petere principium; hoc quippe est, quod quaeritur; an Matrimonium possideat, sive, an traditio valida fuerit. Et verò quàmvis in voto simplici nulla sit traditio, equidem promissario acquiritur aliquod jus ad rem promissam, sed quia dubitatur, an verè fuerit ius istud acquisitum, idè dicitur conditio ejus, qui dubitat de voto, esse melior, quoniam adhuc possidet suam libertatem; in dubio autem melior est conditio possidentis.

Ergo consimiliter, licet in Matrimonio sit traditio; quia tamen dubitatur, an fuerit vera traditio, idè dicitur conditio ejus, qui dubitat de Matrimonio, esse melior, quoniam adhuc possidet suam libertatem; in dubio autem melior est conditio possidentis. Vel si hic non possidet suam libertatem, quia constat de externo contractu, & de actibus Matrimonialibus subsecutis; etiam dicam, illum non possidere suam libertatem, quia constat de voto exteriori facto, & de actibus ex eo voto subsecutis, ut suppono. Ergo obstat simile de voto, quo utitur Henriquez pro sua sententia, etiam intellectum de voto simplici, quod in dubio non obligat.

Respondeo: disparitatem esse, quod praesumptio juris pro valore Matrimonii, sit sufficiens ratio, iudicandi Matrimonium à parte rei esse validam; siquidem, ut supra dixi, est verisimilitudo quaedam sufficiens ad rem dubiam credendam, adeoque tale Matrimonium non est amplius dubium, sed potius certum, & per consequens non habet hic locum illa Reg. juris: In pari delicto vel causa potior est conditio possidentis, quia non est parcausa omnibus consideratis. Hoc autem non habet locum in voto simplici, cum nusquam iura praescribant, in dubio praesumendum esse pro ejus valore; ac proinde omnibus consideratis manet dubium, & per consequens obtinet in eo Reg. illa juris: In pari delicto vel causa potior est conditio possidentis. Cui hæc solutio non placet, quaerit meliorem, aut sequatur sententiam Henriquez.

Hoc tantum addo: quando omnibus consideratis verè probabile est, Matrimonium non valere, quàmvis fortè in foro externo iudicaretur pro valore, equidem liberum esse voluntari rejicere Matrimonium, nisi forsitan obstatet præjudicium, quod indè oriretur alteri parti. Et multo magis, quando certum est, non valere; porro certum est non valere,

B b b b quando

Occurritur objectioni.

235. Instatur.

236. Solvitur in Spania.

237. Quid si omnibus consideratis probabile sit Matr. non valere?

quando liquidò constat, conditionem fuisse feridò adjectam, eaque tempore assignato manifestè non ponitur.

Dico: *Tempore assignato*; cum enim consensus antea datus limitatus fuerit ad tale tempus, eo expirato, expirat consensus. Quàmvis ergo postea impleteretur conditio, equidem Matrimonium non valerit; quia deesset consensus, qui omnino necessarius est.

238. Occasione hujus temporis, quaeritur hic; quando conditio hæc: *Si patri placuerit*, adjecta sponfalibus, aut Matrimonio, censetur impleta, ut ex tunc obligent sponfaliam aut Matrimonium.

Suppono cum Sanchio lib. 5. disp. 7. n. 1. hanc conditionem aut posse apponi de præterito, ut: *Si patri placeat*; aut de præterito, ut: *Si patri placuit*, aut, *placuerit*, de præterito (subjunctivi modi); aut de futuro, ut: *Si patri placebit*, aut, *placuerit* de futuro (subjunctivi). Et in dubio, *Si pater consenserit*, semper refertur ad futurum; nam communis hominum utentium his verbis, usus est, de futuro parentum consensu intelligere. Hoc supposito.

239. Si hæc conditio apponatur de præterito aut præterito, vel statim vitiat, vel nunquam, ut habet secunda pars Conclus. est enim eadem ratio hujus & omnium aliarum conditionum. Et quæ illa? Quia vel conditio posita fuit, vel de facto ponitur, & ita statim valet Matrimonium, exemplo aliorum contractuum; vel nunquam posita fuit, nec de facto ponitur, & sic statim est invalidum, eodem exemplo; adedque sine novo consensu non potest fieri validum; quia fuit potius consensus absolutus, quàm conditionalis; non enim suspendebat consensum pro tempore aliquo futuro, quod requiritur ad propriè dictum consensum conditionalem, ut patet ex dictis in principio hujus Sectionis.

Ex quo fit, ut omnia sacramenta conferri possint sub conditione de præterito vel præterito, prout suo loco diximus; quia hæc conditio non suspendit valorem Sacramenti, sed vel statim valet Sacramentum vel nunquam.

240. Et quidem de aliis contractibus habetur expressa hæc doctrina leg. *Institutio*, ff. de *Condit. insti.* ibi: *Si quem ita institutum ponamus: Ille, si eum codicillis hæredem scripserit, hæres esto; Valet institutio, etiam in filio, qui in potestate est, cum nulla sit conditio, quæ in præteritum confertur, vel quæ in præsens, veluti; Si Rex Parthorum vivit, si navis in portu sit.*

Item per l. 37 ff. *Si certum petatur*. *Cum ad præsens tempus conditio confertur, stipulatio non suspenditur; & si conditio vera sit, stipulatio tenet: quàmvis tenere contrahentes conditionem ignorent: veluti, si Rex Parthorum vivit, centum millia dare spondes? Eadem sunt, & cum in præteritum conditio confertur.*

Similiter loquitur §. *Conditiones*, Instit. de

Verb. oblig. *Conditiones*, quæ ad præteritum tempus referuntur, statim inferunt obligationem, aut omnino non differunt, velut: *Si Titius consul fuit, vel, Si, Marcus dare spondes? Nam si ea ita non sunt, non valet stipulatio; sin autem ita se habent, facta valet. Quæ enim per rerum naturam facta, non morantur obligationem, licet aqua incerta sint.*

Porro nulla est ratio, excipienti ab huiusmodi Matrimonium; adeoque & illud valet in casu proposito, si patet verè consentiat, aut aliquando consentit, tandem contrahentes id ignorent; immò quævis positum credent, si tamen habeant verè animum contrahendi, casu quo pater consentiat, aut aliquando consentit. Ratio patet: quia tunc prorsus verificatur conditio, adedque nihil deficit ad contentum, et cetera requisita ad valorem Matrimonii, ut suppono. Vide Conclus. 3. in qua dicitur de hac re egimus contra Coniact.

Sed nunquid, interrogat aliquis, sufficit complacentia virtualis, vel potius habitus, id est, complacentia non constans, pro: si pater dormiret, at egeret de eo Matrimonio, & placere ei. Porro Sanchez supra, talem complacentiam sufficit. Immo, inquit, etsi de hoc nunquam optasset, si postea interrogatus, Matrimonium approbaret, approbatio illa est inter virtualis consensus præteriti, aut hoc minimè displicuisse. Quia cum dicitur: *Si patri non displicuerit*, de præterito, factum est, si non fuerit dissentitus, & sponso habuerit: & similiter idem dicitur de præterito dicunt, *Si Patri placuerit*, non displicet, & sciens gratum habere, illi cum Aliis, quos citat.

Verum, inquit, Averla hic §. Tertio, in fine: si contrahentes *Patri non displicuit*, satis est non displicuisse: si autem dicant: *Si patri placuerit*, debet requiri positivum & formale placitum præcedens, nec sufficere placitum, nisi contrahentes id eorum voluntate bant, aut postea acceptarent. Ita hic dicitur & ego cum illo. An autem hoc tempore tendant, ut videret supponere Sanchio bis non satis constat. Certum est, si verba talem intentionem per se manifestent: fieri autem potest, ut ex aliquibus circumstantiis ea colligatur, ut ex dictis amplius patebit.

Itaque per se loquendo, quando dicitur conditio de præterito oportet quod acta, postea, vel antea displicuerit, si non, & hoc placet seu displicet. Quàmvis enim dicitur: *Si Rex Parthorum vivit, centum millia dare spondes?* dubium sit, an si præteritum adijcitur conditio de futuro, an si præteritum dissentiat, & tandem assentiat, id sufficit ad

Quando hac conditio: Si patri placuerit, censetur impleta, Sanchez.

239. Conditio de præterito vel præterito vel statim vitiat, vel nunquam.

240. Probatur per l. 20 ff. de Condit. insti.

Item per l. 37 ff. Si certum petatur.

Probatur
sufficere, si
postmodum
consentiat.

244. censetur impleta ea conditio: at quando conditio est de presenti, tunc debet verificari: & similiter quando est de preterito, debet tunc verificari, nec sat est, ut tempore futuro verificetur, cum vel tunc debuit esse validum, aut non esse validum Matrimonium.

Rogas, quid juris, si tempore preterito aliquando placuit, & aliquando displicuit? Respondet Sanchez supra n. 6. Credo standum esse absque dubio posteriori voluntati, et si ipsa fuit complacentiae, valere, secus si fuit displicentiae. Quia posterior voluntas derogat priori. Item; quia animus contrahendum est, patrem minime offendere, contrahendo Matrimonium ipso invito: ad hoc tamen voluntas posterior, quae tunc temporis est, attenditur. Haec ille. Quem Averfa sup. & Dicastillo hic disp. 5. n. 22. sequuntur.

245. Sed quid dicendum (interrogat Dicastillo n. 23.) si patri quidem semel displicuit, postea semel placuit, postea vero haesit & dubitavit, & quasi suspendit animum, nec approbando nec reprobando, sed voluit deliberare circa eam rem?

Respondet, salvo meliori iudicio, contractum non valere; quia conditio non subsistit; illa enim animi suspensio & determinatio deliberandi & cogitandi, an expediret, vel non expediret, est sufficiens revocatio praecedentis approbationis. Nam cum eo animo consultandi, vel deliberandi, cogitandique apud se, quid sit deligendum & approbandum, non potest simul existere voluntas approbationis ipsius Matrimonii. Ita Dicastillo.

246. At, salvo meliori iudicio, videtur, quod cum eo animo consultandi, possit simul existere voluntas approbationis ipsius Matrimonii, quae antea fuit; quippe ille animus solum significat aliquam dubitationem, non autem revocationem prioris approbationis; alioquin qui jam misisset Procuratorem ad contrahendum Matrimonium, si interea aliquid occurreret, propter quod dubitaret, an expediret contrahere Matrimonium, hoc ipso revocaret suam Procuratorem, & Matrimonium postea in initum per Procuratorem non valeret; quod an concederet Dicastillo, valde dubito; certe ego non audeo concedere. Atque haec dicta sint de conditione de preterito.

247. Si vero agamus de futuro, & pater primo reproboavit, & postea approboavit, aut certe tacuit semper, vel jam erat defunctus eo tempore, quo apponitur de futuro conditio, non est ita facile rem definire. Atque in primis consent Aliqui apud Sanchez sup. n. 8. si pater certior factus, primo dissentiat, & postmodum consentiat, sufficere hunc consensum ad valorem Matrimonii.

Probatur 1. quia ea conditio tractum ha-

bet successivum, ut scilicet verificari debeat, dum contrahentes persistunt in eadem voluntate: ergo sufficit, ut verificetur, dum non revocarunt priorem assensum contrahentes, quamvis pater primo dissentierit.

248. Secundo probatur ex cap. 7. de Procur. in 6. Licet is, qui Procurator constituitur ab absente, dixerit, presentatum sibi suscipere nolle mandatum: hoc tamen nequaquam obstant, quamdiu constitutus in eadem persistit voluntate, ipsum acceptare poterit quoadcumque placebit. Et c. Si tibi absenti, de Praebend. in 6. ibi: Sed si Episcopus (notificat a tibi collatione) ad consentiendum terminum competentem assignet, nisi consenseris, poterit eo lapsa beneficium liberè (cui viderit expedire) conferre. Antequam tamen ipsam contulerit, tuum poteris (non obstante, quod lapsus sit terminus) praestare consensum: & ex tunc de ipso non poterit aliter ordinari. Ubi Gloss. verb. Eo elapso, sic ait: Quasi displicuisse videtur. Sic sup. eod. lib. de Apell. Ab eo, ubi etiam ista ponuntur ut paria. Et per hanc litteram videtur idem dicendum, si dissentierit: scilicet, quod ad hoc integrè possit consentire: quod verum est, conferente in eadem voluntate manente.

Ergo similiter, si contrahentes sub conditione, Si pater consenserit, permancant in eadem voluntate, quamvis pater primo dissentiat, poterit postea consentire, & erunt vera sponsalia vel Matrimonium. Et est probabilis haec sententia, inquit Sanchez supra.

249. Ipse autem sequitur oppositam sententiam tanquam probabiliorem, docet, inquam, verificandam esse conditionem de primo consensu patris. Probat; quia eo ipso, quod pater conficius dissentit, defecit conditio, ut constat; potuit enim tunc alteruter contrahens, altero invito, resilire, quod utique non posset, nisi conditio defecisset; ergo obligatio illa extincta est: at obligatio semel extincta non reviviscit, l. Cum ex natura, Cod. de Remiss. pign. ibi: Nam si recepta a creditore mancipia, quae pignori fuerant data, hactenus socero tuo tradidisti, ut pignoris vinculum tuum dissolvatur, obligatio semel extincta instaurari non potest. Ergo cum obligatio illa sponsalium aut Matrimonii semel cessarit, nec nova obligatio postea contracta sit; manere enim in eodem proposito non est nova obligatio; non restauratur ea obligatio.

Et confirmatur; quia est manerent in eodem animo se obligandi, cum ad Matrimonium vel sponsalia requiratur, ut is animus explicetur verbis aut signo externo, non sufficit ille animus; quia nullum est novum signum externum, exprimens eum animum, & priora verba conditionalia, jam evanuerunt per defectum conditionis.

Item; quia sermo simpliciter prolatus de

248.

Secunda probatio ex c. 7. de Procur. in 6.

C. 17. de Praeb. in 6.

249. Oppositum sequitur Sanchez, & probat.

L. 9. C. de Remiss. pign.

Confirmatur.

250.

Probatur 2. L. 89. ff. de Verb. sign. prima vice intelligendus est, l. Bores, ff. de Verb. signif. ibi: Hoc sermone: Dum nupta erit, prima nuptia significantur. Ergo conditio illa: Si pater consenserit, de prima voluntate patris est accipienda. Et confirmatur ex l. Haec conditio, ff. de Condit. & demonst. ibi: Haec conditio; Si in capitolium ascenderit, sic recipienda est, si cum primium potuerit, ascenderit: ergo &c.

Item; quia cap. Is qui, de Sponsal. habetur, copulam post sponsalia efficere, ut transeant in Matrimonium; & cap. Per tuas, de Condit. appof. habetur, idem esse, quamvis essent conditionalia, eò quòd per copulam videntur recessisse à conditione: sed hoc non efficit copula, quando ante eam conditio defecerat; ergo à fortiori, id non efficit permanere in eodem proposito, quando jam defecerat conditio, per primum patris disensum.

Tandem; quia cap. Si pro te, de Rescript. in 6. providente Pontifice alicui de beneficio, si Episcopi & Capituli consensus accedat; quærun Joan. And. n. 2. Anchar. n. 2. Domin. n. 6. Francus n. 4. quid si Episcopus & Capitulum prius dissentiant, & post consentiant? Et respondent, nil prodesse; secus si non disenserint, sed consentire noluerunt: ergo similiter in nostro casu dicendum est, si pater expressè dissentiat, jam consequentem consensum nil prodesse; secus quando pater non disensit expressè, sed tantum distulit assensum præbere. Hucusque Sanchez.

Rogas, quid respondeat ad argumenta oppositæ sententiæ? Ad primum concedit, eam conditionem habere tractum successivum, ad hunc sensum, ut possit pater non statim consentire, sed terminum ad deliberandum petere; non tamen ad hunc sensum, quòd si semel disenserit, profit, si postmodum resiliat.

Ad 2. dicit; neutrum caput loqui in actu verè conditionali, qui statim deficiente conditione corrui, nec sine nova obligatione reviviscere potest. Secundò dicit ad priorem textum cum Gloss. ibi verb. Placebit, non desinare esse Procuratorem ex quadam æquitate; vel si definit, iure reassumere, ne ob Procuratoris defectum negotia differantur: at in nostro casu id non disponit jus, nec disponere potuit, cum deficiente conditione, consensus defecerit. Alia autem doctrina Gloss. cap. Si tibi absenti, est satis dubia: & à multis Doctoribus ibi rejicitur. Hæc ille.

Sed nunquid audiendus? Planè, si verba illa in rigore spectentur. Spectato tamen (inquit Coninck hic disp. 29. n. 28.) communi ita contrahentium sensu, qui communiter intendunt absolutè talem contractum inire, si quâ ratione patris bonâ veniâ id

facere possint, ipsi videntur non ita strictè ea verba accipere; sed velle obligari manere, quamdiu intrâ breve saltem tempus, est ipse, patrem posse faciliè ad tractum inflecti. Cuius signum est, quòd pergant urgere consensum, quamdiu eum obtinere. Si igitur ipsi perseverarent in voluntate, & pater paulò post consentire credo contractum valere.

Quia, ut patet, consensus est sufficiens & satis etiam exterius exprimitur, tamen priora verba, quæ ex communi contrahentium satis apertè eum sensum admittunt: etiam per hoc ipsum, quòd pater tractum aut pergit sollicitare, aut postea desistat. Statim tamen atque desistat, ipsi eum obtineri, aut non nisi cum expressione, ita ut nolint eum amplius rogari, sed conditio; quia ulterius non intendunt sensum extendere, alioquin deberent eum tunc manere suspensum.

Confirmatur; quia si duo contrahentes sub hac conditione. Si Pontifex in materia dispenset, mitterentur que Procurator, qui primò pateretur repulsum; & deinde causam proponens obtinere, non videtur dubium contractum valere, quia talis sensus est talis: ergo &c.

Secundò; quia conditio illa non videtur detur habere sensum, ac si diceretur: hoc recum, si possis patris mei consensum atqui in hoc casu, etsi parens non consentiat & tamen secundò vel tertio intra tempus rogatus omninò lubens consentiret contractus; quia verè illi consentire consensum, nec postea desistere non potuisset ergo etiam in alio casu, atque ita videntur posse conditioem supra citatæ. Hactenus Coninck.

Qui ibidem n. 27. respondet ad primum, à Sanchez allatum pro suo casu eo casu esse particularem rationem, cum nuptiæ non nisi alterius consentiat intelligerentur, impletio conditionis beret totâ virâ differri, quod ad hunc hinc Auctori; quia aliàs probaretur deficere, nisi pater statim, et intelligerent sentiret.

Notat præterea n. 29. ex ipso sup. n. 12. ita contrahentes, talem causam nem communiter idè solum apparet, si parentes, sine eorum consensu contractum offendant. Quare non tam exiguum est positivè faveat, quam ne ægre ferat, quod datur: quare iis sufficit eum nullo modo pugrare.

Unde ipse ibidem n. 19. bene inquit, Matrimonium valere, etsi pater sit mortuus, quia tunc repugnare non potest, quod

13
Sac. Matrim.

trahentes maxime quarunt. Unde supradicta confirmantur: quia hoc ipso quod pater brevi tempore aliquoties rogatus liberè consentit, sufficienter obtinetur conditio, ab iis requisita, scilicet, ne pater nuptiis offendantur. Ita Coninck.

Benè ergo dicit Dicastillo supra n. 29. ante omnia consulendum hic esse animum contrahentium, ab eorum enim, inquit, voluntate dependet, obligare se ad expectandam secundam aut tertiam instantiam pro obtinendo consensu patris, etiam si primò repugnaverit. Unde si ex aliquibus circumstantiis constiterit, aut prudenter iudicetur, eos habuisse talem animum, non per primam repulsam censetur omninò deficere conditio.

Rogas, quod signum hujus animi seu intentionis? Respondet præfatus Auctor: si contrahentes, quando agebant de consensu patris expectando, simul egerunt & consularunt de mediis, aut intercessoribus, quibus pater moveretur aut exoraretur, si forte esset difficilis aut repugnans. Item, si quando agebant de consensu patris, timebant illum initio fore difficilem, & nihilominus dependenter ab illius consensu voluerunt rem aggredi. Item, indicium potest sumi à nimio affectu & ardenti amore, quo se mutuo prosequuntur contrahentes, & ex multitudine rationum, quas inter se excogitant, ut patri offerantur, ad illius animum movendum; qui enim ad persuadendum alteri, pluribus venit rationibus & argumentis armatus, non censetur velle primæ repulsæ cedere, sed instare potius & urgere. Hæc ille.

Sed nunquid etiam ex ipso modo contrahendi sæpè colligi potest, contrahentes non habuisse talem animum? Affirmat ibidem Dicastillo n. 30. quod, inquit, præcipuè in fœmina potest contingere, cui maxime pudor est, nimis pro ea re, sive per se, sive per alium instare. Unde si viro dixerit: *Ego contrabo, vel, contrabam tecum, si pater consentiat, aut, non repugnet, illo verò repugnante, non possum stare voluntati ipsius*, prudenter iudicari potest, noluisse se obligare ad expectandam secundam tertiamve instantiam. Unde tam ipsa quam vir poterit resilire. Potest id etiam discerni ex non nimio affectu contrahentium, & ex nimio timore aut metu offendendi patrem, aut illius voluntati repugnandi, quod maxime potest habere locum in casu, quo expectat à patre magnam aliquam hæreditatem, in qua possit illum cæteris filiis præferre, aut etiam postponere juxta morem & leges patriæ. Hæc ille.

Sed quid si nihil horum constet, sed simpliciter contraxerunt sub petendo & obtinendo consensu patris? Respondet idem Auctor n. 31. Si talis consensus petatur per tertiam personam, ab ipsis ad id submissam,

expectaturis responsum per talem internuntium afferendum, etiam si internuntius principio repulsam patiat, sed antequàm responsum referat, pater mutata voluntate consentiat, sive persuasus ab internuntio, sive sponte suâ, probabilius puto, censi purificatam conditionem requisiti consensus. Ratio verò est; quia eo ipso quod miserunt internuntium, ad explorandam sententiam patris, videntur se voluisse obligare, usque ad expectandum responsum ab internuntio adferendum, ad id enim voluerunt illum submittere.

Sin autem ipsimet contrahentes coram agant cum patre, & ipse vehementer repugnet, & irascatur, aut ægrè ferat ejusmodi petitionem consensus, ita ut satis ostendat obfirmatum animum ad renuendum, statim poterunt contrahentes resilire. Ratio est: quia tunc censetur moraliter deficere conditio, nec affulget spes permutandi sententiam intra illud tempus, quod moraliter censetur comprehensum in intentione contrahentium, nec censetur, posita tam vehementi repugnantia ex parte patris, voluisse se obligare ad ulterius expectandum.

Quid ergo si pater non nimis vehementer repugnet, sed leviter, atque ita, ut affulgeat spes, quod cognito nimio amore filii, vel filiarum, vel expensis aliis rationibus, postea assentiet intra aliquod tempus non nimis longum judicio prudentis?

Respondet Dicastillo n. 33. Tunc etiam si utcumque, aut mediocriter repugnaverit, non censetur adhuc deficere conditio, sed expectandam secundam instantiam, aut dandam aliquod tempus patri ad deliberandum; eodem fere modo, atque si subdubius taceret, vel ostendèret aliquam difficultatem. Ratio verò est; quia illa non censetur perfecta & omnimoda repugnantia; sed quasi subita, & nondum satis præmeditata. Idèd moraliter censetur contrahentes voluisse se obligare, non ad subitam tantum responsum patris, sed ad bene perpensam & excogitatam. Hæc tenus Dicastillo.

Et consimiliter, sed paucioribus verbis, explicat seu dirimit hanc controversiam Aversa supra §. *Sed hæc res*, ubi sic scribit: Sed hæc res planè dependet ex contrahentium sensu & intentione. Si enim intendebant, si patri placeat intra certum tempus, v. g. diem vel mensem: satis erit si intra id spatium obtineatur patris consensus, quamvis post plures repulsas. Vel si intendebant, si patri placeat, prout morali & prudenti modo possit flecti pater ad consensum, sicut in aliis humanis negotiis accidit; sic etiam satis erit, si intra breve spatium, quamvis post aliquam vel aliquas repulsas obtineatur patris consensus. Et pro hac parte faciunt

Secunda.

260.

Tertia.

261.

Sententia

Aversa de

hac re pars

1.

ca, quæ pro priori sententia allata sunt.

262.
Secunda.

Si autem intendebant, si patri statim atque res proposita fuerit, sponte placeat: sic sanè per primum patris dissentium evanescet conditio & contractus; deberentque denuò contrahentes illum renovare, si pater postea flectatur ad consensum, & ipsi in eodem proposito perseverent. Et pro hac parte faciunt alia, quæ pro altera sententia allata sunt.

Tertia.

Quòd si dubium sit, quænam fuerit mens & intentio contrahentium, standum videtur eorum dicto & explicationi: siquidem eorum verba in contrahendo fuerunt ambigua, quæ unam vel aliam interpretationem ex dictis admittere possint, debetque amborum consensus integer & completus concurrere. Et adhuc si ipsimet, vel eorum alter dubitent de sua prima intentione, inclinandum potius erit in Matrimonii favorem sicut & in aliis dubiis. Hæc ille.

263.
Iudicium
Auctoris.

Rogas, quid ego sentiam? Respondeo: planè hanc rem dependere à voluntate contrahentium, quæ, quia ordinariè dubia est, nisi expressis verbis declaretur; hinc ordinariè valor huiusmodi Matrimonii aut sponsalium dubius est, quando pater primò dissentit, licet postea consentiat. Ut autem superius latius explicavimus, in dubio videtur præsumendum pro Matrimonio; arg. l.

L. 80. ff. de
Verb. obl.

80. ff. de Verb. oblig. *Quotiens in stipulationibus ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res, de qua agitur, in tuto sit.* Et l.

L. 12. ff. de
Reb. dub.

12. ff. de Rebus dubiis: *Quotiens in actionibus aut in exceptionibus ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res, de qua agitur, magis valeat quam pereat.* Similiter loquitur Jus Canonicum Cap. *Abbate*, de

C. 25. de
Verb. sign.

Verb. signif. ibi: *Proficèdò sic intelligenda sunt illa verba, ut res, de qua agitur, valere possit potius, quam perire.* Ergo quando in casu nostro omnibus consideratis manet dubium, quid contrahentes per illa verba: *Si pater consenserit*, voluerint significare, sic intelligenda erunt, ut res, de qua agitur, id est, Matrimonium vel sponsalia, valere possint potius, quam perire.

264.

Quid si pater coram intermissio prius consenserit, & ante responsum contrahentibus relatum dissentiat.

Dicastillo.

Sed quid dicendum, si prius pater coram intermissio consenserit, & antequam referat responsum contrahentibus, dissentiat? Secundùm nostra principia liquet palam, Matrimonium valere, quia conditio verè fuit impleta, per quam impletionem, etsi ignotam contrahentibus, contractus conditionalis fuit purificatus. At verò juxta Aliorum principia, quæ supra exposuimus, putat Dicastillo sup. n. 34. nequaquam resultare obligationem sponsalitiã. Ratio ejus est; quia contrahentes censentur voluisse adesse consensum patris pro contrahendo Matrimonio tempore, quo Matrimonium

contraheretur, qui consensus jam non ad eum ipso, quòd pater primò consensum coram intermissio, subinde dissentiat; tunc enim jam desit esse consensus pro celebratione Matrimonii.

Si dixeris; ille dissentius superveniens non potest impedire valorem contractus sponsalitiã, jam absoluti per impletionem conditionis, nempe assensus patris præstiti. Respondet Dicastillo n. 36. præcisè quod ex eo capite, quòd pater secundo dissentiat, non posse impediri absolutam obligationem contractus sponsalitiã, quæ pro illo tempore inter assensum & dissolutionem resultavit, purificatâ conditione, quæ contractus sponsalitiã, in supposito, nunquam obligari ad contrahendum Matrimonium, nisi existente consensu patris, quando contraheretur; hinc est, ut tempore consensu præcedenti per eorum assensum, & tali modo dissentiu perseverant, usque alioquin contractus noster, nullâ obligatione contrahendi, cum non obligari ad contrahendum Matrimonium, consentiente patre in Matrimonio, tamen jam non consentit. Hæc ille.

Sed quid, si post dissentiu, pater consentiat, & in illo consensu videtur quòd resultat obligatio sponsalitiã, cum voluerint obligari ad contrahendum Matrimonium, patre consentiente Matrimonium, qui jam consentit. Et iterum dissentiat, & iterum consentit, ut libitu patris posse sponsalia, & iteratò obligare? Non videtur venienter dici, cum sic nunciatò di obligatio foret firma, quæ Matrimonium esset contractum; tunc illam fuisse intentionem contrahentium voluisse se obligare firmiter ad contrahendum Matrimonium, postquam consentiendo consensum fuisset functus officio; tunc enim conditio fuit adimpleta per consequens, contractus conditionis purificatus. Sicuti ergo si à principio contractus fuisset firmus, tunc illud contraxissent, putantes Matrimonium placere patri, manente sponsalia, tamen postea pater dissentiat, quidni similiter firma maneat per consensum patris? Imputet sibi pruden- ter consentit.

Si autem à me quaeritur; an si pater sciens, nec consensum, nec dissentiu referat, censetur extare conditio, vel potius deficere, & ex consequenti, Matrimonium aut sponsalia absolute valeant, vel potius deficient? Constat, inquit Sanchez sup. n. 34. si sint conjecturae, idèò tacere, quia desinit, habendam esse taciturnitatem pro assensu: & si sint conjecturae idèò tacere, quia placet sibi, habendam esse pro assensu.

in dubio existimat idem Auctor cum Aliis, quos citat, verius, fat esse eam taciturnitatem, ut censetur impleta conditio: satis enim in specifica forma impletur: quia huc tendit ea conditio, ne pater contradiceret ac ægrè ferret; id enim intendunt filii, sub ea conditione contrahentes: at quàmvis taciturnitas non indicet expressum consensum: at indicat saltem, patrem non negare nec contradicere, juxta Reg. 44. de Reg. juris in 6. *Is qui tacet, non fatetur, sed nec unquam negare videtur.* Et consequenter nec ægrè ferre, tunc enim id exprimeret; ergo impletur conditio. Ita Sanchez n. 12.

Interim non defunt, qui oppositum defendant. Et probant Primò; quia conditio debet impleri in specifica forma, l. *Qui hæredi, 44. §. 1. & l. Marcium, 55. ff. de Condit. & demonst.* Ergo ea conditio: *Si pater consenserit*, debet verificari in specifico & vero consensu.

Respondet Sanchez suprà n. 14. satis verificari in specifica forma; quia sensus est, nisi pater contradixerit, & dum tacet, satis non contradicit.

Probant 2. quia qui tacet, nec fatetur, nec negare videtur, Reg. *Is qui tacet, sup. allegata*: ergo tacendo non impletur conditio: *Si pater consenserit*, quæ positivum consensum desiderat.

Respondet Sanchez sup. fateor non esse signum expressi consensûs: at esse signum, patrem non negare nec contradicere, ut affirmat ea regula, quod satis est.

Probant 3. quia facta non præsumuntur, nisi probentur; c. *Cum in jure, 31. de Offic. deleg.* cum ergo consensus ad factum pertineat, non præsumetur ex taciturnitate, nisi probetur.

Respondet Sanchez suprà: nullum factum, nec consensum in hoc casu præsumi; sed taciturnitas est in jure signum non contradictionis, quod satis est, ut ea conditio vera sit.

Planè, inquit aliquis, id satis est, si illa conditio solum significet non repugnantiam; sed hoc negant Adversarii, & contendunt significare positivum consensum. Et sanè sic est; propriè & in rigore verborum. Unde & hic recurrendum est ad intentionem contrahentium. Si enim (inquit Averfa suprà §. *Ureiam*) solum intendebant, si pater non contradiceret, firmabitur contractus. Si intendebant, si pater laudaret & approbaret; solvetur contractus. Et ex circumstantiis quoque rerum & personarum aliisque signis, si illud silentium indicet consensum, firmabitur contractus, si dissensum solvetur. In dubio autem five de mente contrahentium, five patris rogati, inclinandum est in favorem Matrimonii. Hæc ille.

Et Dicastillo suprà n. 38. Hæc, inquit, doctrina (loquitur de sententia Sanchez) satis probabilis, sed consideratione adhuc indiget, imò & distinctione. Nam ex aliquibus circumstantiis discerni potest & debet, tum, an sufficiat juxta mentem contrahentium, quòd pater non repugnet, vel requirerint assensum; tum, an illa non repugnantia patris non proveniat vel ex odio iræve, conceptà ex ejusmodi intentato Matrimonio; vel ex eo, quòd velit indè ansam captare, ut in distribuendis bonis, minorem erga talem filium ostendat amorem, & sub iis aut similibus respectibus respondeat: *Ego non repugno, nec me interpono in hoc negotio, faciant illi, quod sibi placuerit, & sicut non meo consilio, ita nec resistentiâ.* In his sanè & similibus casibus, prudentis arbitrio discernendis, vel censetur virtualis repugnantia patris, vel censetur filius non solum patrem velle habere non repugnantem, sed etiam assentientem; idque maximè (ut sæpè fit) quando contrahentes sub ea conditione simul tractarunt de aliquibus petendis aut accipiendis à patre; tunc enim satis significant, velle non solum illius non repugnantiam, sed consensum. De cætero probabilem puto, & in praxi servandam prædictorum DD. (intelligit Sanchium, Coninck, Perez & Alios) sententiam. Hæc ille.

Bene autem notat Sanchez sup. n. 13. ex Adriano 4. q. 3. de Matr. dub. 3. secus esse, si conditio esset: *Si pater dicat se consentire*; tunc enim non satis esset taciturnitas, sed oporteret, ut pater exprimeret consensum.

Ex quo infero ego: Si pater moreretur, ante notitiam aut responsum, Matrimonium aut sponsalia non subsistere; quia deficit conditio; quia jam mortuus nequit exprimere suum consensum.

Quid ergo, inquis, si jam obierat, quando conditio illa apponebatur? Respondeo: vel id probè noverant contrahentes, & tunc probabilius nobis videtur cum Sanchio sup. n. 19. haberi eam conditionem; tanquam non adjectam, eò quòd est impossibilis, & ita manere purum Matrimonium aut sponsalia; quia supponitur joco apposita. Aut si ferid adjecta fuit, liquet ex dictis hæc Conclus. Matrimonium aut sponsalia non valere, defectu consensûs, quàmvis in foro externo præsumeretur validum. Vel contrahentes ignorabant mortem, & tunc conditio se habet apud eos ut contingens, quæ non verificatur; atque ad eò contractus non est validus, etiam in foro externo, cum tali casu conditio impossibilis non habeatur pro non adjecta, ut patebit ex Conclus. sequenti.

Secus dicendum, si solum intendebant contrahentes non repugnantiam seu offensionem patris; quia qui jam non est, non repugnat,

272. *Opposita sententia Sanchez est probabilis, sed indiget distinctione.* Dicastillo.

273. *Quid si conditio sit: Si pater dicat se consentire?* Sanchez.

274. *Quid si pater obierat, quando conditio apponebatur?*

pugnat, aut offenditur; ergo tali casu valet contractus, quia ponitur conditio, id est, pater jam non repugnat aut offenditur tali Matrimonio aut sponsalibus, quod solum contrahentes intendebant, ut supponitur. Hæc credo sufficienter pro explicatione seu intellectu hujus conditionis: *Si patri placeat*, aut, *placuerit aliquando*, vel certe, *aliquando placet*.

275. *Quomodo & quando impleri debent alie conditiones, quæ solent apponi in testamentis, & aliis contractibus, nolim hic accuratè explicare, ne opus nimium excrescat, intermiscendo nimis multa extranea. Videri poterit Basil. Pontius lib. 3. cap. 16. ubi in principio sic ait: Res difficilis in jure civili, si quæ alia, & quæ non uno comprehenditur aut continetur loco. Nos ex politionibus juris Interpretibus colligemus nonnullas regulas, & ad institutum nostrum accommodabimus, illis relinquentes, quæ ad penetralia juris civilis in testamentis, hæredis institutione, legatis & fideicommissis spectant, in quibus non pauca, neque parùm difficiles sunt juris dispositiones, & in speciem repugnantes.*

276. *Prima regula. Prima autem regula est: In sensu, modo, tempore, & aliis implendæ conditionis potiores partes sunt voluntatis disponentis, aut contrahentis Matrimonium, si de illa constat. Secunda: Quando non satis constat de mente testatoris, verbis inhærendum, & ad eorum sensum & formam attendendum, aliàs conditio non impleta censetur, quàmvis eundem effectum habere videatur. Tertia regula: Quando conditio non potest per omnia exactè impleri secundùm verba, eatenus implenda est, quatenus possit, & si secundùm subtilitatem verborum impleri non possit, implenda aliquo modo prout testator, vel contrahens sensisse videbitur.*

277. *Quarta. Quarta denique: Quod attinet ad tempus implendæ conditionis, si illud designatum sit à contrahente, illud tenendum, aliàs conditio non censetur impleta. Si autem non sit designatum tempus, si ea conditio pender ex eventu, ut: *Si navis ex Asia venerit*, tunc impletur, cum eventus ponitur. At verò si conditio sit in potestate contrahentium, vel hæredis, aut legatarii; in testamentis testatore mortuo implenda erit: at in contractibus accipienda est quàm primùm possit, ut: *Contrahito tecum, si decem dederis; si Capitolium ascenderis*, intelligitur tempus implendæ conditionis, quamprimùm possit, exemplo sumpto ex legatis, l. *Hæc conditio*, 29. ff. de Condit. & demonstr.*

278. *Quomodo res se habent in institutionibus hæredum.* Aliter se res habet in institutionibus hæredum, in quo satis est, si aliquo vitæ tempore ascendat. Nam cum legatario semper commodum sit, & lucrum, legati acquisitio, non est cur tempus implendæ conditionis

prorogetur. At hæredi potest esse dæmonium hæreditatis aditio, & ideo tempore, ad ascendendum consilium, opus est. Ne autem prorogetur in longissimum tempus, partes erant Prætoris, ut ei præfinit tempus implendæ conditionis.

At quando conditio consistit in non faciendo, cum ad sui impletionem exigitur vitæ tempus, expectandum est usque ad mortem, licet in legatis & testamentis excogitata sit Mutiana cautio, l. *Mutiana* de Condit. infit. quâ sub cautione præsumitur, se non facturum, bona compræhendit Matrimonio autem ea conditio locum non habet, & rejicitur raquam temporaria, quando conditio ponitur implenda de eodem quo contrahitur, ut: *Contrahito tecum, si meas exequar*, l. *Capitolium non ascenderis*. Rejicitur etiam contractus iste post mortem, quæ tempore impossibile est contrahere.

Quamvis verius dicitur, quædam conditionem in Matrimonio esse contrahentium constantiam Matrimonii. Quod in hoc loco docuit Rebellus l. 2. de Mat. q. 1. §. 1. n. 18. in alio simili, ut si quis: *Contrahito tecum, si meas exequar*, si suspensivè ponatur, vitia Matrimonii non nisi post mortem ejus impleta conditio potest, quando contentum quædam non potest. Hæc tenet Pontius.

Idem docet A verla hic q. 5. §. 1. in alio simili dicens: Quamvis conditio est negativa, quæ non fit limitata tempore, per se extenditur ad mortem. Dicendo enim: *Si Romam ascendam*, cumque tempore is perget, conditio: quare ad ejus veritatem non ut is pro tota vita nunquam perget.

Si ergo talis conditio apponatur suspensionis, ita ut contrahentium non perficeret contractum, impletur conditio, sic plane contractus initio nullus. Nam expectare oportet totam vitam, & contractus perit morte, quæ certe non pericitur, sed omne conjugium. Idem que est de contrahente, ac dicere: *Accipio te in uxorem post mortem tuam*, qui plane nullus contractus. Et ita sumitur ex l. *Julia* de oblig. §. 5. ibi: *Si quis ita stipulatus sit: Si Capitolium non ascendero dare sponsum inde erit ac si stipulatus esset, contractus sibi dari.*

Quod si illa conditio apponatur obligationis, utpote: *Contrahito tecum, si Romam ascendam*, ac tempore non perget, tunc quidem statim rati solutè contractus, sed remanet obligatio adimplendi talem conditionem, dum probabilis & honesta sit, sicut de aliis hujusmodi conditionibus & pactis. Hæc ille.

Plura de hac materia vide apud Pontium loco supra citato. Item cap. 17. ubi quaerit; Quando conditio non impleta, habeatur pro impleta, & in fine sic dicitur de hac conditione: Si pater consentiat. Ultimò, inquit, colligitur quid dicendum sit, quando ea conditio apponitur: Contrahatur tecum, si pater consentiat, aut, de consensu patris, vel, arbitrato, vel consilio. Suppono enim, quamvis ea conditio ab alio apponi non possit, attamen ab ipsis contrahentibus apponi posse.

Et juxta tradita dicendum est, si pater quando contractus eo modo celebratur, decesserit, purus est contractus, eò quòd rejiciatur ea conditio, ut impossibilis, juxta dicta. Quòd verum est si contrahentes sciant, sive ignorent patrem decessisse, juxta ea, quae de conditione impossibili, cognita ut possibili, supra dicta sunt. Si autem post contractum decesserit pater, antequam ejus consensus exquireretur, non est impleta conditio, & licet unicuique recedere juxta supra dicta. Si autem requisitus pater, nolit consilium aut arbitrium praeberere, existimo impletam conditionem, ut in simili dictum est. At si primò renuat consilium praeberere vel consentium, & postea consentiat, jam primò paruerunt conditioni, neque tenentur postea contrahere, cum placet, ex vi prioris contractus, nisi iterum consensus renoveretur. Hæc ille, juxta sua principia.

Nos autem quòd primo loco dicit, existimamus non esse verum, quando contrahentes ignorant patrem decessisse, ut patet ex dictis, & amplius patebit ex dicendis Conclusionibus sequenti de conditione impossibili.

Tantum præmitto probationem ultimæ partis præsentis Conclusionis: Qui pendente conditione &c. Ita expressum habetur cap. Per tuas, de Condit. ibi: Consultationi tuae taliter respondemus; quòd cum liquido constet, quòd post contracta sponsalia, carnalis est inter eos copula subsecuta, pro Matrimonio est præsumendum, quia videtur à conditione apposita recessisse.

Ubi Gloss. verb. Præsumendum, sic objicit: Sed quare præsumitur istum recessisse à conditione, quia non est præsumendum aliquem recedere à jure suo, sup. de Renunt. Super hoc, cum præcedens consensus durare intelligatur, arg. sup. de Bapt. Majores, in fin. & ex eo quòd primò & ultimò contradixit, præsumitur, quòd medio tempore non consensit, 26. dist. Quia sunt culpæ, & sup. de Celebrat. Miss. Cum Marthæ, vers. Si tunc igitur in cælum. Et 1. quæst. 1. Judices, in fin. & præcedens voluntas patris

per sequentem, 34. quæst. 1. Cum per bellicam. Præterea, si pendente conditione res tradatur, & postea non existat conditio, res tradita repetitur, ff. de Condition. Unde sub conditione, ff. de Peri. & comm. rei vend. Quòd si Præterea, conditionalis consensus nullus est ante conditionem extantem, ff. de Verb. sign. Cedere diem. Si ergo nullus præcessit consensus, solus coitus Matrimonium non facit, inf. tit. prox. cap. ult. Hucusque objectiones.

Accipe nunc responsonem Gloss. Dicis ergo; quòd consensus præcessit de futuro, ut patet in fin. quamvis per verba de præsentis expressus, supra cap. proxim. & ita carnalis copula subsecuta inducit Matrimonium præsumptum, supra de Spons. Is qui, & sup. eod. De illis, & sup. cap. proxim. & favore Matrimonii inducta est hæc præsumptio: quia per carnalem copulam ipso facto videtur consensum exprimere de præsentis, & à conditione recedere: sic per puram conditionem receditur à conditionali, ff. de Contrab. empt. Sed Cellus, §. ult. Hucusque Glossa.

Breviter dico: Sicuti copula subsequens sponsalia inducit præsumptionem consensus matrimonialis de præsentis, ut diximus Section. 3. Conclusionis 5. quia non præsumitur quis voluisse peccare, quando potuit non peccare, exercendo eundem actum; sic itidem in præsentis casu, cum possit non peccare, recedendo à conditione, & affectu absoluto matrimoniali ipsam cognoscendo, præsumitur id fecisse.

Sed quid, interrogat Gloss. sup. si ante coitum protestetur, se nolle recedere propter hoc à conditione? Respondet; Nec illud prodest sup. de Constit. Cum M. & sup. de Appell. Solutio.

Quòd ego intelligendum puto de præsumptione fori externi, quando deficit probatio istius protestationis. Nam in foro interno nullatenus potest esse Matrimonium, propter defectum consensus, quem Ecclesia non potest supplere. Immo si in foro externo posset probari ejusmodi protestatio, existimo, quòd non præsumeretur recessisse à conditione.

Audiamus Glossam in cap. Cum M. verb. Sine præjudicio. Hic, inquit, non prodest protestatio: quòd est verum, quando est contra substantiam facti vel rei, super qua fit; ut si protestatus fuisset, cum reciperet aliquem in Canonicum, ut non haberet præbendam, quæ est substantia negotii: quia qui receptus est in Canonicum, non debet carere præbendâ, ut infra de Præbend. cap. Relatum. Si verò protestetur sic, quòd ea, quæ dicit, non dicit animo contestandi licet: talis bene valet. Io. inf.

284. Responsio.

285. Quid si aliquis ante copulam protestetur, se nolle recedere à conditione.



de Appellat. Solicitudinem, & infra de Cens. cap. Olim causam. Et post pauca sic ait eadem Gloss. Protestatio non valet, ubi protestans per contrarium factum directè obviat suæ protestationi, ut in dictis decret. c. Solicitudinem, & cap. Olim causam, nisi hoc faceret iusta de causa, ut in dicto cap. Perlatum.

286. Videtur protestatio valere.

Cur ergo non valeat protestatio, quæ fieret ante coitum in casu proposito? Non enim est contra substantiam facti vel rei, super qua fit; neque protestans per contrarium factum directè obviat suæ protestationi, cum coitus non sit infallibile signum consensûs matrimonialis de præfenti, quàmvis in casu proposito præsumatur esse tale signum, quia non præsumuntur coeuntes velle peccare; cum autem factâ illâ protestatione clarè constet, eos velle peccare, nullatenus talis coitus est signum absoluti consensûs matrimonialis de præfenti. Veluti si contrahentes sub conditione impossibili protestentur, se nolle abiter consentire, nisi eâ conditione eveniente, vitiatum Matrimonium; quàmvis alioquin seclusâ illâ protestatione, conditio illa haberetur pro non adjecta, & valeret Matrimonium, ut patebit ex Conclus. sequenti, quæ talis est:

CONCLUSIO VIII.

Conditio impossibilis aut turpis, adjecta Matrimonio, rejicitur.

287. Conditio impossibilis triplex est per naturam, & factum.

Conditio impossibilis quædam est per naturam impossibilis, ut: Si cælum digito tetigeris. Quædam jure impossibilis, quando scilicet jus oppositum jubet, ut: Contraho tecum, si liceat inter consanguineos contrahere. Quædam est ipso facto impossibilis, ut, si quis pauperi dicat: Contraho tecum, si centum mille aureos in dotem dederis. Quædam est naturâ suâ possibilis, at ex accidenti, aut ex lapsu temporis est impossibilis, ut: Contraho tecum, si es virgo, vel, Si pater tuus adhuc vivit.

288. Duplex est conditio turpis, contra & non contra substantiam Matr. Causius.

Sed & conditio turpis duplex est, quædam contra substantiam Matrimonii, de qua hic non tractamus; quædam autem non est contra substantiam Matrimonii, ut: Contraho tecum si furtum feceris; si homicidium feceris; de hac impræsentiarum agitur, & dici potest jure impossibilis, ut bene notavit Causius in Reg. 6. de Reg. juris in 6. ibi: Impossibilitas duplici ex capite oriri solet, aut quia natura impedimento est, aut quia jus vel boni mores vetant, ve-

luti rem sacram vel religiosam dari; l. Cætinus, 137. ff. de Verb. oblig. §. Cuius pro aut si furti aut alterius delicti nomine promissio fiat, l. Si plagis, 123. eod. tit. hæredis institutio, aut legatum à testatore ita relictum sit; Si parentibus alimenta præstitit; si ab hostibus patrem non redierit. Condiçiones, 9 ff. de Condit. instit. facta (inquit eleganter Papinianus) continent pietatem, existimationem, reverentiam nostram, & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores sunt, nec facere nisi præcredendum, l. Filius, 15 ff. de Condit. instit. Junge & l. Nepos Proc. 125. ff. de Ver. signif. Hæcille.

Sed hoc interest (prosequitur) ut conditiones impossibiles, quæ ultimis voluntatibus adjiçuntur, & quæ compositis, ut illæ institutionibus, legatis, & de commissis adjectæ, pro non tenentur habeantur, in favorem ultimæ voluntatis, l. 1. & l. Condiçiones, 9 ff. de Condit. instit. siquidem in testamentis plenior interpretatio adhibetur, l. In testamentis, 12 ff. de Reg. juris; cum non tacite credendum sit, aliquem testamento suo aliquam adjectam esse impugnamum idem iudicium, l. 3. ff. de Test. milit.

In contractibus verò impossibiles conditiones adjectæ, infirmant ipsum contractum; cum contractus non eadem lenitate interpretationem à jure recipere potest minus favorabiles, cap. C. 6. in fin. extr. de Donat. Exemptio Matrimonio, cui si turpis vel alia materia possibilis adjiçatur, habet effectum adjectæ, & Matrimonium potest contractum intelligitur, idque in hoc Matrimonii. Nisi forte adjecta materia esset contra substantiam Matrimonii, si alter dixerit contrahentium: Contraho tecum, si generationem proli consero, donec inveniam aliam honore vel facultatiore: aut, si pro quæsi adhibente tradideris. Etenim hæc conditiones Matrimonio prorsus adversantur. Hucusque nihil.

Sed de his conditionibus in præf. Conclus. non tractamus, ut supra de aliis autem probatur Conclus. extra de Condit. appof. sequentis tenore: Condiçiones contra substantiam conjugii, quædam matrimonialis contractus, quædam autem que sit favorabiles, caret effectu. Quædam autem conditiones appofite in Matrimonio, si turpis aut impossibiles fuerint, debent, propter turpitudinem, pro non adjectæ haberi; hoc est, debet centeri tale Matrimonium, ac si non fuissent appofite tales conditiones, si non fuissent appofite tales conditiones, tale Matrimonium, fin.